UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Disciplina & Institvtio Studiosæ Iuuentutis Tum Pietati & Eruditioni tum formandis moribus seruiens

Coloniae, 1648

Monitoria ad ciuilitatem & conuictum humanum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-55193

Visual Library

Monitoria ad ciuilitatem & co-uictum humanum.

Principiò eum animum obtine, qui nihil acerbum, nihil durum exiſtimet, quod ſit honeſtum.

Qui nullo vel metu deterritus, vel ſpe captus, ab officio deflectat.

Quàm optimos tibi adiungito.

Malos ne laceſſito.

Tua ne iactes.

Aliena ne carpas, aut deſpicias.

Fac, cùm omnibus ſis anteferendus, ipſe te præferas nemini.

Cum bonis, officijs certa.

Nemini aduerſeris.

Neminem deſerto.

Eſto comis etiam erga tenuis fortunæ ſodales.

Omnibus te affabilem præbeto.

Domi hilaris.

Foris compoſitus.

Nemini tua arcana committas memor quàm fallax ſit multorum amicitia.

Beneficium confer libenter.

Inuitus accipe,

Gloriam ſi contemnes, vltrò te ſequetur: ſin ſequeris, fugiet ſequentem.

Incapta laudari, ſed fac laudanda.

Cum potentibus, aut nulla ſit conſuetudo, aut comis.

Nullus ſumptus tibi ſit precioſior tempore.

De Diſcretione in ſtudijs.

Contentione immodica obruuntur ingenia diſcentium.

Aſſiduitas verò & mediocritate perdurat, & quotidianis exercitationibus, maiorem opinione aceruum accumulat.

Satietate cum omnibus in rebus, tum præcipuè in literis nihil eſt pernicioſius.

De reditu poſt horas pomeridianas ad domum.

Domum reuerſus, idem ages quod ante prandium.

De his quæ poſt cœnam

A cœna ſuauibus fabulis temere ob-lecta.